

ti, idcirco pauca quadam de Luthero Viro Dei;
ut scriptura Mosen vocat, & de progressu doctri-
nae celestis in his terris, & alibi, cognoscenda pia
& Deo grate inuentuti proponemus & recitabi-
mus.

Cum anno salutis nostrae supra millesimum
quadringsesimum octogesimo tertio, numerare-
tur dies decimus mensis Nouembris, natus est
Isleby Cheruscorum in celebri Comitatu Mans-
feldico, praedie D. Martini, ex parentibus pijs
& honestis, Martinus Lutherus, anno videlicet
eodem, quo Hieronymus Saonorola Ferrarien-
sis, Vir sanctus & innocens, & plane propheticus
Spiritus, ut quidam ex ipsis Pontificijs affirmant,
cum Syluestro Florentino, & Dominico de Pisa,
ordinis Predicatorum, ob Confessionem Doctri-
nae verae & salutarem laqueo Florentiae suffocati,
& mox cremati sunt, iussu Alexandri sexti Papa:
Eodem etiam anno, quo Frater Nicolaus de Saxo
Eremita, apud Heluetios ob vitae sanctimoniam,
& incredibilem ac omnino praeternaturalem ab-
stinentiam (cum certo constitisset, eum sine omni
cibo vixisse amplius quam viginti annis) clarus
est habitus, cuius visionem Carolus Bouillus reci-
tat de Pontificis capite coronato cum tribus gladijs
ex facie eius exeuntibus, & tribus in eam tenden-
tibus: qua visio procul dubio & Tyrannidem
Pontificiam, & penas sine tendentes & consilio to-
tus Sanctae Trinitatis immisas in ipsam calami-
tates